Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



inde nauigantes uenimus ciprum. eramque in ministe
rio eorum donec ex cipro egrederemur. Exeuntes autem
de cipro uenimus per gentes pamphilie. Illis autem abeun
tibus ad predicandum commoratus sum in ibi mensibus
duobus. Cumque disponerem ire in partes occiden
tis prohibuit me spiritus sanctus. Igitur cum audissem quod idem
sancti apostoli paulus et barnabas antiochie essent. con
tinuo perrexi ad illos. inuenique beatum paulum fatigatum
exitinere atque in grabatto requiescentem. Qui cum
me cerneret gauisus est. sed arguere cepit pro eo quod
moram fecissem ad pamphiliam. et detinuissem libros predi
cationis. Recreati autem exitinere ceperunt predica
re uerbum dei. ad quorum predicationem plurimi iudeorum
atque gentilium illuminati crediderunt in dominum
xpm. Expleta namque predicatione. statuerunt ire
ad predicandum in orientem. et tunc demum reuer
terentur ad cyprum. ut uisitarent ecclesias in quibus
uerbum domini predicauerant. Sed beatus barnabas
exorabat ut prius iret in ciprum ad uisitandum
parentes suos. et postea communiter hierusalem
pergerent. Inter hec autem angelica uisio per noctem
facta est beato paulo apostolo dicens. Celeris propera hie
rusalem. nec moram facias. quoniam quidem fratres ualde presto
lantur aduentum tuum. Quod cum beato barnaba pan
deret ait. quia uoluntati dei non expedit contradi
cere. fiat uoluntas domini. Tantum obsecro intercede
prome ad dominum. ut decertatio mea. fiat accep